


trionem versus porrigatur. Posthæc verifica quadratum donec umbra stili super gradum verticalem prius ex radijs solaribus obseruatum coincidat. Et latus a aut oppositum assumitur pro vera linea meridiana. Cui adiungatur regulamentum, & agatur linea infinitæ longitudinis, quod oportebat inuenire.



Sequitur alia & iusta lineæ meridianæ inuentio, quæ eandem interdum & noctu per organum viatoriũ (quod vulgo Compassus dicitur) & in quouis plano dicto citius in hunc fere modũ inuenire docet, Pene igitur super plano normato Compassum ad æquidistantiã horizontis, ita q̄ eius lingula (quæ magnetis idiotropiã gerit) stigmaticę lingule, neutrorum declinans ad unguẽ conueniat. Cui iam applica regulam, ita vt vna extremitas regulæ ad Austrum: altera ad Aquilonem spectet, & si longitudinis infinitæ lineam directam secundum latus regulæ (vt moris est) traduxeris: habebis lineam meridianam quam quærebas. Quæ res vt clarius intelligatur, accipe figuram sequentem.

